



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

Die 20. S. Margareta Virgo, & Martyr

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

bunt vitam æternam. Grandis promis-
sio! concordet & nostra operatio.

Instructio meritoria.

Hodie si transeamus Imaginem Cœ-
lorum Dominae, flectamus genua, &
salutemus Mariam suspirando: *Salve
Regina, Mater Misericordiae!* Adda-
mus 5. Psalmos Nomen Mariae expri-
mentes. Hoc cœlites benedicunt! In-
feri metuunt! Clientes suspiciunt! Filii
extollunt! Famuli colunt & diligunt.

Festum S. Margaretæ Virginis
& Martyris, Advocatæ pro tempo-
re mortis Benignissimæ.

EXHORTATIUNCULA I.

O Prodigium Christianorum in Vir-
gine Margareta! A patre tentatur
pro adoratione idolorum. Ni obediret,
tormenta, carceres, mortem minatur
Sed in promptu erat responsio: *Non
decet Deum derelinquere vivum. Au-
xilium meum à Domino!* O fili dilekte!
adest occasio peccandi, Deum deserend-
i, gratiam perdendi? Hanc S. Margare-
tæ nobis applicemus tesseram, & in cu-

jus conspectu peccemus, serio cogite-
mus. In oculis erubescimus hominum;
Quidni & præsentia videntis, & judican-
tis omnia Dei?

Instructio meritoria.

Si unquam, hodie in oculis Dei am-
bulemus nobiscum! Tentatori in pri-
mo statim assultu resistamus, respon-
dentes audacter: *Non decet!* Patrem
colo in cœlis. Si autem lapsi fuerimus
ex fragilitate humana, non desper-
mus, sed in genua provolvamur, cul-
pam deprecemur, S. Confessionem pro-
mittamus, & expansis brachiis, plé-
num miserere dicamus. Hunc ut de-
ferat ad thronum Dei, humiliter S.
Margaretam rogemus.

II.

A Mor Christi foras mittit timorem.
Stat tenera Virgo coram tyranno,
interrogatur de religione & fide: En.
Quid puella modica: *Ego sum de nobili*
genere nata, nomine Margareta, con-
ditione Christiana. Hæc eadem, &
mihi & vobis ò fili! nobilitas est. O si
minùs Christianè vivendo non degene-
rare.



raremus. Avertat Deus! Excelsos posidemus animos! non inter mundi se peliamus stercora!

Instructio meritoria.

Lætemur, si in nostra humilitate, & simplicitate cordis derideamur ab aliis. Non decet propter hominem deserere virtutem. Satis felices sumus, si aestimemur a Deo. Verum mundi, & nostrum ut obtineamus contemptum, S. Margaretam veneremur *Speciali Rosariō* in Ecclesia, vel in privato cubiculo fideliter persolvendo. *Spernere mundum, spernere nullum, spernere sese; spernere se sperni, quatuor ista beant.*

III.

OPotens Dei gratia, haec tot inter horrenda S. Margaretam servavit crudelitatis tormenta. Servavit; quia Deo unicè confidit. Nostra quæ est aestimatio de Dei gratia? Vix non ludimus; quia parum curamus. Non terreat nos S. Bonaventura dicens: *Tanta est crudelitas diaboli, quod nos omni hora transglutiret, nisi Divina protec̄tio nos custodiret: Et tamen nobis fidimus?*

S 7

Sed

422 XXII. Julii. S. Mariæ Magdalena.

Sed nostro cum damno ; quia eò frequentius cadimus.

Instructio meritoria.

Fili ! dæmonem sibi graviter insultantem solo S. Crucis signo à se abjicit S. Margareta. Non simus sine Crucifixo. Portemus in pectore ! Veneremur in cella. Exosculemur in tentatione cum suspirio : *Jesu ! adiutorium meum stina ! Vim patior pro te !* Recitemus psalmum : *Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei commorabitur &c.* Ne prævaleat inimicus anima in morte , singulis annis hoc festum ait S. Confessione , aut unō , vel alterō mortificationis , & abstinentiæ actu honoremus , & veneremur. Margaret est Nomen ejus, appretiemur !

Festum S. Mariæ Magdalena

pœnitentium speculi.

EXHORTATIUNCULA L

Filli ! Videmus pœnitentem ad pedes Jesu Mariam Magdalenam. Quis sensus noster de tam subitanea conversione , & pœnitentia ? Tantum profuit
ante

